Dē marī. Thema maris in litterīs

In multīs monumentīs litterārum mare symbolum longinquitātis, labōrum, sed etiam aviditātis facinorum mīrōrum dīvitiārumque est.

Homērus in carminibus suīs clārīs facta Ulixis, hērōis ā Trōiā, ēnarrāvit.

Ulixēs multum terrā marīque errāvit, multōs dolōrēs tolerāvit, sed tamen postrēmō in Ithacam patriam remeāvit.

Posteā Rōmānus poēta P. Vergilius Marō Homērī carminibus sē īnspīrāvit et carmen dē Aenēā litterīs mandāvit.

Pozn: Thema, atis, n. – téma, námět; *monumenta litterārum* – literární památky; *symbolum, ī, n*. – symbol; *labor, ōris, m*. – útrapa; *aviditās, ātis, f*. (+GEN) – touha po čem; *Ulixēs, is, m*. – Odysseus; *terrā marīque* – na zemi i na moři; *sē īnspīrāre* – inspirovat se; *Aenēās, ae, m*. – Aeneas, římský hrdina, praotec rodu Iuliů;